Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eorũ ignem Misit in eos iram indignationis suae
indignationem et iram et tribulationes immissiones
per angelos malos Viam fecit semitae irae suae
et non pepercit a morte animas eorum et iumenta
eorũ in pestilentia conclusit Et percussit omne primogenitum
in terra egypti primitias omnis laboris eorum in
tabernaculis cham Et abstulit sicut oves populum
suum: et perduxit eos tanquam gregem in deserto Et de
duxit eos in spe et non timuerunt et inimicos eorũ
operuit mare Et induxit eos in montem sanctificationis suae: montem quem acquisiuit dextera eius
Et eiecit a facie eorũ gentes et sorte diuisit
eis terram in funiculo distributionis Et habitare
fecit in tabernaculis eorũ tribus israel Et tem
tauerunt et exacerbauerunt deum excelsum et testimonia
eius non custodierunt Et auerterunt se et non seruauerunt pactum quemadmodum patres eorum conuersi sunt
in arcum praauum In ira concitauerunt eum in collibus suis: et in sculptilibus suis ad emulationem eum
prouocauerunt Audiuit deus et spreuit: et adnihilum redegit valde israel Et repulit tabernaculum silo: tabernaculum suum vbi habitauit in homi
bus Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: et
pulchritudinem eorum in manus inimici Et conclusit in gladio populum suum et hereditatem suam spreuit
Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentatae Sacerdotes eorum in gladio ce
ciderunt et viduae eorum non plorabant Et exsurrexit tanquam dormiens dominus: tanquam potens crapulatus
a vino Et percussit inimicos suos in posteriora